



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Collegivm Canonicoꝝ S. Petri Senioris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

1305. Cetera ad coronam perfecerūt Pragen-
 geses anno 1439. Finis impositus anno 1444.
 Gradus eius sunt DC. XXXV. Adscensus
 primò per cochleas quatuor, hinc per octo,
 crassitudine paulatim se contrahente. Altitu-
 do turris vniuersa pedum geometricorum D,
 LXXIV. Varia huius Sacræ ædis fuere diuer-
 sis quoque temporibus incendia; vnde & in-
 ter ædificandum prolongata mora, sed sem-
 per resurrexit, veluti è cinere phœnix, pul-
 chrior atque viuacior, eamq; de se apud ple-
 rosq; omnes opinionẽ generauit, vt inter or-
 bis miracula cẽsendã non immerito iudicent.

COLLEGIVM CANONICORVM S.

Petri Senioris.

Ceterum primũ & antiquissimũ Argentinae
 templũ *S. Petri* est, quod *Senioris* vocant, ad
 alterius differentiã, conditi multis post annis.
 Senioris enim origo & consecratio *D. Materni*
 est. Is multis in vrbe & in propinquo cõuersis
 istud Christianis nouis, in quo sua colerēt Sa-
 cra, templũ eorũ opibus & auxilio constituit,
 & *D. Petri* Apostolorũ Principis; cuius aucto-
 ritate & mādato ad ea loca primũ appulerat,
 titulo & nomine insigniuit, atq; dedicauit. Ab
 eo quoq; sua initia repetūt *Ebersheim* monaste-
 rium, & *D. Petro* pariter cõsecrata ædes apud
Mellesheimiũ, quæ vulgò *Dompietro* dicitur, siue
Domus Petri. Atque hæc tria vetustissima sunt
 Christiano ritu, & cultu in *Alsatia* exstructa,
 & frequentata templa.

COL-